



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Comitvm Par Genere, Potentia, Opibvs, Heroicaq. Virtvte
inclytum B. Godefridus, Vuestphalus, S. Romaricus,
Austrasius**

Serarius, Nikolaus

Mogvntiæ

Cap. VII. Quomodo castrum suum Auendunense in Monasterium verterit,
pluresque circumcirca erexerit parthenonas.

urn:nbn:de:hbz:466:1-37252

Quomodo castrum suum Auendunense in Monasterium vertit, pluresque circumcirca erexerit parthenonas.

15.13.
1. **D**Vm in Luxouienſi cœnobio, vita, quam dixi rationem teneret, agitabat ſubinde animo, quemadmodum ad DEI gloriam & cultum bona, quæ in ſæculo multa olim ac magna poſſederat, conuerteret. Succurrit autem ea ipſi cogitatio, vt ad perfectionis ſtudium, ſanctæque caſtitatis obſervationem quamplurimos & quamplurimas traduceret: hiſque, in fundis prædiſque ſuis, oratoria, domos, & quæ ad victum, veſtitumque futura erant neceſſaria omnia conſtitueret. Beati ergo *Euſtachij* Abbatis bonâ venia, cum ab eo etiam *B. Amatum* Magiſtrum, ſpiritalemque Patrem ſuum itineris, operiſque totius ſocium, directorem, & mode-

moderatore[m] impetrasset, in vicinā
 Luxouien[s]i Monasterio Vogesianam
 ditionem suam profectus est, & ar-
 cem, quam in præcelso montis iugo
 habebat Auendunensem, quæ idolis
 quondam & Principum venationi-
 bus seruiert, Deo dicare, virorum-
 que, qui è Sancti *Columbani* discipli-
 na colere illum vellent, sedem ac
 monasterium facere decreuit: fimi-
 literque virginibus, quæ suum cœle-
 sti sponso pudorem consecrarent,
 parthenonas excitare. In his autem
 excitandis sacrum quoddam secutus
 mysterium est. Nam in montis cacu-
 mine templum & oratoriola varia
 condidit: circum vero montis radicē
 cœnobiola septem in quibus singulis
 essent sanctimoniales XII. Nam septē
 Apocalypseos S. Ioannis Ecclesias,
 septemque candelabra, septem stellas
 septemque Angelos considerabat.
 Rursumque, XII. Apostolos XII. por-
 tas Hierusalem cœlestis, XII. tribus I-
 srael, vt quemadmodū ab his omni-
 bus

MS. li 3.

c. 3

Apoc. I.

et seq.

110 ROMARICI COMITIS

bus in vna sancta fide, spe & charitate laudatur Deus, sic, ab omnibus hisce sacris fieret & dibus: Et quando vel matutinæ, vel alius alicuius precis in montis cacumine signum daretur, ilico subdita cœnobiola omnia diuinam maiestatem dilaudare ac obsecrare inciperent, sicque mons totus diuinis personaret, ac veluti Sinai fumaret laudibus. Nam & si duæ, quarum vertex vnam, alteram S. *Amati* rupes tenebat, Ecclesiæ hisce subditis septem coniungantur, nouem veluti Angelorum chori erant, qui sine fine Deum concelebrant, ac dicunt SANC TVS, SANC TVS, SANC TVS. Ideo enim & à vicinis populis olim vocabatur locus hic *Neunte* *che* id est, nouem ecclesiæ. Hodie vna vero illis vulgari lingua vocatur idem mons, *Le saint mont,* id est, sanctus mons.

Exod. 19

Isai. 6.

CAP.